

**Liber physiognomiae / [Michael Scot].**

**Contributors**

Scot, Michael, approximately 1175–approximately 1234.

**Publication/Creation**

[Venice] : [anon. pr], [1490]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/fv8w7tmd>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

4.a.8

12

9

8



409

371

mich. Scotto

Myth

Notes

I

Ven

90

1486



Scotus (Michael)

Tractatus de Scientia  
physiognomiae seu de con-  
solatione naturae.

[Venice]

[c 1490]

Cop 5329

BM. V, 591



34518

**Tractus de scientia phisonomie.  
siue de consolatione nature.**



THE  
OF THE  
OF THE



Tractatus de scientia phisonomie sine de cōsolatōe  
nature quem cōposuit michael scotus ad preces vñi  
frederici imperatoris incipit feliciter.

**A** circa doctrinā phisonomie sine consolationē na-  
ture in hominib⁹ et bestiis dicimus q̄ anime se-  
quūtur corpus. et ipse anime secundū seipsas nō  
sunt impassibiles a motibus corporis in quibus morātur  
certo spacio vite temporalis in cuius ultimo separātur et  
corpus manet. Hoc autē manifestū est valde de morib⁹ p  
ebrietatem vini vel amoris. vel tristicie laboris et egritudi-  
nis. Causa est quia corpus et aīa sunt vnus et eiusdem  
complexionis vnde agunt et patiūtur. Sciendū q̄ inter ce-  
tera aīalia non est turpius animal ad videndū sine ornatu  
alterius q̄ homo cū est nudus neq; pauperi⁹. Nam bestie  
terre nutriunt ipsū donec vivit. vt aues celi. ⁊c. Verbi grā  
sol dat ei lucē. bos se torq̄. et ei laborat terrā ⁊ cōducit oīa  
de loco ad locū. Quis dat ei lanam ⁊ terra linū. auis dat  
sibi pennam et cetera. Sunt et enim multa animalia quib⁹  
per similitudinē multi homines idest viri et mulieres appro-  
priantur propter bestiales mores quos habent et trahere  
vidētur extra vñtationē humane nature se applicātes mo-  
ribus bestiarū non tamen dicimus q̄ ipsi homines sint ip̄a  
animalia sed in tantum appellamus eos bestiales in quan-  
tum videntur errare ab vñtatione humana sapiētiā. Et  
sic sepe dicuntur ⁊ proprie appellantur ab his hominibus  
qui habent odio bestiales mores. Et in hoc exemplo. Vis-  
dere hunc leonem. hunc porcum. hunc asinum. et hunc cā-  
nem. hunc vulpem. hunc lupum. hunc imperatorem. hunc  
abbatem. hunc rusticum. hunc monachum. hunc sanctū.  
hūc angelum et cetera. Item audiat is illum leonem id est  
quia rugit et clamat fortiter sicut leo et ita de ceteris simi-  
litudinibus. Mores enī hominū nō sunt nisi passionēs cō-



positi corporis et anime et tales non cōueniunt alicui sēper  
nisi quantū discōueniūt abusu gentiū in loco regionis co  
habitancium. Sunt autē multa signa phisonomie que pe  
nitius sūt cōmunia tam in aīalibus q̄ in homib⁹. Et timor  
formido/audacia/panor/tristitia/amor/odium/sanitas/  
egritudo. Tamē sciendū est q̄ phisonomatio nō sic est rec  
ta in bestiis sicut in homibus quorū iudiciū est solo visu  
sapientis in mēbris parissimilibus. Et verum est q̄ per au  
ditū et tractū habetur certa cognitio hominis. Non viden  
do virū cōuenienter habemus iudiciū de illo et sic de mu  
liere. Verbi gratia nasus grossus et longus significat pre  
puciū magnū ⁊ econuerso. Super hoc quidā dixit ⁊ bene  
Ad formā nasi cognoscit testa baiardi. In muliere pes est  
signū vulue q̄ si fuerit ei pes longus et strictus ac macer  
significat vuluā longā strictā et macrā ⁊ econuerso. Item  
mensura mediū pedis nudi est mensura totius longitudinis  
vnicuiq̄. Unde vers⁹. Ad formā pedis cognoscit vas mu  
lieris. De subtilitate pellis et virga et vulua cognoscitur  
per condicionē labioꝝ oris in vnoquoq̄ quia grossa labia  
oris significāt grossam pellem et subtilia subtile. Nares na  
si significāt testiculos hoīs quia grosse et late significāt la  
tos ⁊ grossos testiculos. subtiles ⁊ stricte paruos. Cogno  
scitur etiā omīs inuenis de virginitate et corruptione per  
diuersa signa et vterq̄ ad pirulā nasi quia manente virgi  
nitate carilago pirule nasi sentitur in diuisibilis. sed si est  
violata sentitur partibilis. In masculo virga erecta disco  
peritur et econuerso et in muliere os vulue insinuat. Itē  
dicimus q̄ signa cōmunia pro scientia non reputātur vt  
visus oculorum. Causa est quia gentes bene sciunt q̄ p  
oculos est visus ⁊ per aures auditus. Unde si quis dicer  
ret talis videt quia habet visum iam derideretur et ita de  
sene per signa publica senectutis. Anes ad pēnam cogno  
scunt ⁊ equi ad dentes capre ad oculos. Unde si dicat  
leo est fortis bestia porcus est immundus serpens audax



gatta timida et cetera: predicta et similia si vice aliqua ob-  
cerentur ab aliquo pro scientia non reputarentur eo qd ta-  
lia signa sunt communia et omnibus nota. unde in his nemo  
dubitatur ut visu vel quocumque auditu. Item dicimus qd nullus homo  
vidit unquam hominem naturaliter vel veraciter ex toto similem  
esse bestie licet dicatur de sociis. sed assimilati operatione  
nature in aliquibus ut in monstruosis ego non contradico  
immo possibile est per artem et per naturam. ut fuit ypocenta-  
urus et minocentaurus. Unde nemo potest physiognomi-  
zare per signa communia siue sint homines siue bestiarum sed  
per propria signa tantum que licet omnes homines possent  
habere tamen non ea habent in se. Quis enim dubitat de  
signis communibus et quis ea non novit? Etenim omni homo  
sapienti non convenit qd coram aliquo dicat signa de com-  
munibus. Et videns hominem forte experientia dicat ille  
est fortis et cetera. Oportet ergo nos determinare sapienter  
omnia et singula que proprie dant scientiam physiognomi-  
zandi ut ex hac scientia quisque scientiam eam ut dicimus apte  
in sequentibus valeat inter gentes omnes reverentiam et  
honorem fame cum proficuo adipisci. Signa enim illorum  
que dant physiognomiam in hominibus sunt ea que sunt in eis  
ex moribus corporis scilicet ex figura anime substance ex qua  
libet membris etiam ex colore in eis existente levitate et  
gravitate in essu / flatu / voce / et cetera. Sciendum igitur qd  
membris corporis hominis ad que proprie pertinet scientia  
physiognomie aliud est simplex ut lingua / epar / et cor. aliud  
vero compositum ut pes et manus. Quomodo autem hec omnia  
sint et habeant in unoquoque hominum cui tradimus preno-  
tam scientiam et non alteri animali per ordine capitulorum sub  
suis rubricis velut nobis videbitur sicut et quibusdam alijs  
visum fuerit sufficienter dicemus. Sed antequam perveniamus ad  
totam intentionem sermonis nostri prelatina dicimus qd val-  
de cavendum est omni tempore ab obuiatione et societate ho-  
minis infortunati per opus nature superioris ut ab omni homine



cui sit diminutū ali quod membrū vt oculus. &c. Causa est  
quia quilibet talis est factus infelix et ex sua infelicitate ob  
stat felici in multis nocumētū cuius est occultum hominī  
ignaro cum ipse non possit perpēdere de hoc nisi per vias  
huius doctrine vel per experimentū suū mali. Nam omnis  
homo se potest melius custodire a suo publico inimico iā  
facta offēsa: q̄ ab homine infortunato. Causa est quia no  
cumentū infortunati est occultū. inimici vero publicū. Et est  
sciendū q̄ non est creatura tā bone cōplexionis que si mē  
bro diminuat q̄ non mutet statū suū aut in pelus solito  
vel multo in melius quod raro contingit si diu viuat. Tū  
dictum est. Cauete vobis a signatis. Et alibi de homine  
signato in aliquo non confides.

Signa complexionis ratione coloris in pelle

**C**olor albus in facie vel fuscus id est intermixt<sup>9</sup> qua  
si ex albedine et glaucescētia siue color gipsēus et plu  
bens naturaliter significat frigidā cōplexionē. Color rube  
us et rufus in facie. cōpositus ex albedine cū multis lentī  
ginibus significat calidā cōplexionē. Color alb<sup>9</sup> in facie  
cum subtilitate mollis morbide ac intermixt<sup>9</sup> rubicūditate  
significat temperatā cōplexionē. Color brunus in facie  
significat bonā cōplexionē. Color linsidus in pelle et etiā  
in vnguibus significat malā et infirmā cōplexionem.

Signa cōplexionis ratione coloris in pelle et q̄tutatis in carne

**C**olor in pelle albus et in carne succū habens aliq̄  
vel multū rubei coloris in locis congruis significat  
colore rubee dominiū. Corpus in carne grassū et in pelle  
album. et cōuenienter coloratū significat dominiū sanguis.  
Corpus in colore brunū et in carne grassū cū aliq̄tulo co  
lore rubee significat dominiū sanguis cū melancolia. Cor  
pus gracile siue macilētū significat dominiū colere rubee  
Corpus mediocre scilicet inter grassū et macrū et inter al  
bum et brunū dominiū sanguinis cū fleumate et aliq̄tulo  
melancolie. Corpus quod tactu sentitur multū calidū si



gnificat calidā complexionē. Corpus quod tactu sentitur plus frigidū q̄ calidū significat frigidā complexionē. Corp⁹ quod tactu sentitur molle significat cōplexionē humidam. Corpus quod sepe sudat et ex facili. significat bonā complexionē. Corpus quod raro sudat. significat frigidam cōplexionem. Corpus subtile et lene in incessu bonā significat complexionē. Corpus graue ac pigrū in incessu significat malam complexionem.

Signa corporis calide complexionis.

**C**orp⁹ naturaliter calida cito crescūt et bene. Et patet in infantibus ac impinguantur vel desiccant. Vene sibi apparent per loca. banelitus est eis manifestus vox firma fortis et grossa. In coitu sunt fortia. et eius sepe appetitiua. bene comedunt digerunt et egestāt. bene abundant capillis et pilis per loca que partim sunt crispī et grossi. Quod contingit a multo calore cordis. vt patet in leone et gallo et cetera.

Signa corporis frigide complexionis.

**C**orp⁹ naturaliter frigida tarde crescunt tarde impinguant. Vene apparēt eis manifeste et magne. banelitus eius paruus vel quasi absconsus vox debilis. ī auditu subtilis vel acuta. In coitu sunt debilia. et raro ei⁹ appetitiua parū comedūt et male digerūt et egestāt. in pelle sunt alba siue roseo colore. capilli eorū sunt extensi et lōgī siue sint nigri siue albi et subtiles. facile timent et expauescunt et ad laborādum debilia.

Signa corporis humide complexionis.

**C**orp⁹ naturaliter humida in carne sūt mollia et leuia. Iuncture sūt occulte ac pauce fortitudinis. Vni parū possunt durare laborādo. Timida sūt et parida quasi ex oīa male dormiūt. sepe mouent ad luxuriā nuda sūt a pilis. eis sepe oculi lacrimātur pili et capilli eorum sunt extensi et subtiles et boni ingenij ad discendum.

Signa corporis sicce complexionis



**C**orpora naturaliter siccā in tactu sentiuntur aspera  
in carne sūt macra in labore fortia et durabilia. Li  
benter bibunt et conuenienter comedunt. iuncture mēbro  
rum sibi sunt manifeste capilli et pilli sunt grossi et crispi  
et asperi. Corpora temperata et sūma bene comedunt et  
bibunt iuxta cōuenientiam sui digerunt et disponunt res  
ei sapiunt bone/ famescunt in horis conuenientibus/ gau  
dent cum gaudētibus. bene dormiunt suos somnos/ seile  
nia sentiunt et vadunt leuiter. cito sudant. raro vel nunq̃  
sternutant. mediocriter impinguantur/ in facie sunt colora  
ta/ in tactu sunt calida/ quinq̃ sensus vigent in eis iuxta  
conuenientiam etatis corporis et bore.

Signa corporis distemperati et male sani

**C**orpora distemperata et male sana in omni sūt dis  
similia corporibus temperatis et bene sanis. vnde ma  
le comedunt bibere non curant/ male digerunt et disponūt  
res ei bone non sapiunt in horis cōuenientibus famescūt.  
non se plene tribunt gaudētibus immo quasi tristantur  
quia manent tristes. male dormiunt suos somnos/ graniā  
se sentiunt/ et grauiter vadunt/ raro sudant vel non sudāt  
sepe hesitant/ vel sternutant brachia extendūt/ in facie sūt  
palida vel nimis colorata. quandoq̃ sensus male vigent.  
non possunt diu sufferre laborem cito rerum obliuiscūtur/  
multum sputant. in naribus eis abundant superfluitates.  
quasi ad omia sunt pigra. carnes conflāt. vt nasus facies  
et quandoq̃ pedes et manus. oculi lacrimantur.

Signa complexionis cerebri

**P**eruum caput naturaliter habet parua cerebrum et  
multitudo capillorum est maxima defensio capitis.  
Unde de complexionis cerebri ita dicim⁹ si cerebrū fuerit  
calide complexionis homo habens ipsum in tactu sentit  
multum calidus capillis multum abundat et bi multū sūt  
grossi oculi eius longe vident et videndo discernūt puigil  
in sensu. cerebri augmento color capillorū diu durat. raro



abundat supfluitatibus in naso. vlx ei oculi lacrimantur et  
est homo magne vigilationis. cupid<sup>9</sup> quasi omnia pulcroz  
et corde tendit ad nobilia. Si cerebrū fuerit humide cōple  
xionis homo ipm habēs in tactu sentitur mollis. lasciuus  
capillis abundat subtilibus et cito in colore transmutatur  
est enim luxuriosus sepe sibi lacrimant oculi et forte aliter  
infirmatur. vt sanguine etc. Breuiter vliuit. in nasu ei abū  
dat multa supfluitas. vox ei sonat aliq̃tulum impedita ca  
put sepe dolet. in psona est debilis. et facili est panidus.  
Teneris est ingenij pius et condolēs alterius. et plus sim  
plex q̃ sapiens et vani propositi. Si cerebrum fuerit frigi  
de complexionis homo ipm habens. est sepe piger tardi in  
tellectus. dure capacitatis. grossi ingenij. eius capilli sūt  
lenes et extensi. tarde crescūt et in colore sūt albi vel quasi  
blundi. eius oculi raro mouentur et breuiter vidēt. magn<sup>9</sup>  
est vigilator de nocte. stabilis propositi et in labore tenax.  
et cum ratione. in tactu sentitur frigidus et mollis. subtilis  
ingenij est et aliq̃tulum durus. ad adiscendū sagax. etc.  
Si cerebrum fuerit calide cōplexionis homo ipm habens  
capilli eius tarde et tempestiue crescūt vnde in longū nō  
cito crescunt sed breues morantur et rari sūt in cute ac gros  
si in substantia et plus ericij q̃ extensi cito in caniciē cōuer  
tuntur. cadunt de capite vt frondes de arboribus. oculi lō  
ge vident et homo est tēperat i incessus et motus. In naso  
non multū habūdat supfluitas nisi sit erigēdi causa. caput  
sibi sepe dolet homo est duri ingenij. vanus et male capaci  
tatis. Si cerebrū fuerit calide et sicce cōplexionis capilli  
nascunt flauī fortes et crudi vel nigri vel crispī homo est  
multum luxuriosus. et ideo cito canescit parum dormit in  
nocte. est magni ingenij repentini intellect<sup>9</sup> et apphēsionis  
leuis et in eundo et saliendo. videt procul. et est vanus in  
agendis ac raro ei superfluitas est in naso. Si cerebrum  
fuerit humide cōplexionis homo libenter dormit q̃uis ma  
le dormiat agēs est factis. sepe aggrauatur passionibus



rennatis et principaliter in capite et in oculis. frequenter  
ei abundat supfluitas in naso parū comedit et bibit.

Signa complexionis cordis

**C**ordis cōplexio si fuerit calida pulsus est velox. pec-  
tus aliq̃ntulū est pilosū ultra etatē adoleſcētis in car-  
ne est calidus. boni est appetitus. in factis audax in verbis  
asper in dando tenax. obstinatus supbus iracundus. ⁊ sepe  
luxuriosus. Si cor fuerit cōplexionis frigide. pulsus est ei  
tardus pectus nudū capillis. tactus carnis frigidus. durū  
appetitus debilis fortitudinis. hanelitus artus. vox subti-  
lis et debilis quasi piger in factis. in verbis non bene pla-  
cidus leniter pauidus parum comedit ⁊ raro bibit. et raro  
luxuriat nisi p accidēs. Si cor fuerit humide cōplexionis  
bono abundat capillis multis qui sunt longi cito et extēsi  
in colore albi vel blundi carnis mollis ⁊ in colore caro est  
alba vel fusca. et aliq̃ntulum est pinguis. multū est timid⁹  
pauidus. hebes et debilis in laborādo. Si cor fuerit sicce  
complexionis pulsus est ei durus. corpus totū musculosū  
in carne macrū. vene sunt manifeste. pili sūt grossi et curti  
per loca pellis aliq̃ntulum dura et grossa et aspera. Si cor  
fuerit calide et sicce complexionis pulsus est durus ⁊ vox  
fortis aliq̃ntulū pilosū pilis totis. et hanelitus magnus ta-  
ctus in carne calidus. cito mouetur ad iram. iracund⁹ ma-  
net et obstinatus. Si cor fuerit frigide et humide cōplexi-  
onis pulsus est tardus et debilis pectus nudū a pilis ha-  
nelitus tardus et puus. tactus carne mollis. frigidus. nō  
facile irascitur et cito iram remittit.

Signa complexionis epatis.

**E**patis complexio si fuerit calida cognoscit ex ampli-  
tudine venarū et ex siccitate vocis. unde homo hoc  
habens naturaliter est fortis in facie coloratus. vrina ei⁹  
est tincta multū et egestio. calidi cibi nocent ei quia ipsum  
rescalidant et etiā abundat humor colericus et multi pt̃-  
lorū sub ypocundijs. Si epar fuerit frigide cōplexionis ve-



ne arte apparent multo flemmate abundat ut sputo et mu-  
cilagine in naso. vrina est alba vel quasi congestio. idē sepe a-  
bundat ventositate et multum sibi deficit pili in ypocun-  
drijs. Si epar fuerit humide cōplexionis eius sanguis est  
turpidus corpus totū est pingue venter fit facile cōfatns.  
caro sentit mollis pelis in facie est pallida. Si epar fuerit  
icce cōplexionis paucō absidat sanguine totū corpus mā-  
net macrū venter gracilie et in facie est paucus color.

Signum complexionis pulmonis

**P**ulmonis cōplexio si fuerit calida vox est grossa ha-  
nelitus magnus pectus album et grossū. Si pulmo  
fuerit frigide complexionis vox est subtilis hanelitus par-  
uus pectus strictum et subtile. Si pulmo fuerit sicce com-  
plexionis vox est clara. os sepe siccū pauca salina. Si pul-  
mo fuerit humide complexionis vox est clara os plenū sa-  
lina et raro bibit.

Signum complexionis stomaci.

**S**tomaci cōplexio si fuerit calida digestio est fortis  
appetitus magnus sepe famescit et sitit. frequenter  
ei dolet caput et oculi patiuntur. cito irascitur et cito reuer-  
titur ab ira. Si stomachus fuerit frigide complexionis di-  
gestio est debilis appetitus est parvus. raro patitur famē  
et sitim caput manet sanum et oculi diu stant sani. Si sto-  
macus fuerit humide cōplexionis raro patitur sitim in ore  
eius abundat sputum. in naso multa superfluitas. cito etie-  
am sibi venit nausea vomitus scotomia et vertigo. Si sto-  
macus fuerit sicce complexionis in ore sitis abundat. lin-  
gua aspera noxa sicca et cum pruritu vel debili exitu gilla  
aspera et cibi asperitate ingluturatur.

Signum complexionis testiculorum.

**T**esticulorum complexio si fuerit calida partes ppin-  
que vestiunt multis pilis nigris et cricis virga vir-  
tuose erigitur sparma exit in substantia multum grossa et



viscosa et cito exit cum fricatione coitus etiam cōplemen-  
tum etatis contingit grande desiderium coitus. super virgā  
vene manifeste apparent. vrine eorum sunt fortes et pellis  
grossa. Si testiculi fuerint frigide cōplexionis partes. vis-  
cine sibi sunt multū nude a pilis et illi qui ibi sunt extensi  
sunt. virga raro erigitur et debile sparma exit liquidum et  
tarde. vene ipsarū sunt conuenienter oculte. nerui debiles  
pellis subtilis et mollis. Si testiculi fuerint humide com-  
plexionis multo sparmate abundant et scitū coitū. tamē est  
aquinū et albū quasi lac et non bene vtile ad concipiendū  
tardant multū semen emittere pellis multū nuda a pilis et  
subtilis. Si testiculi fuerint sicce cōplexionis sparma in eis  
generat paucū tamen illud est spissū et viscosū et vtile ad  
concupiscendū virga debilitate extendit pili eorum sunt breues  
erecti et grossi ac asperi pellis vero magis grossa q̄ subtilis  
Si testiculi fuerint calide et humide cōplexionis virga po-  
tenter erigit et erecta manet viriliter sepe cessam monetur  
ad luxuriam et multum semen amittit. quandoq; non po-  
test erire coitū complere.

De noticia partium in omnibus animalibus.

**O**mibus alijs membris corporis est naturaliter  
calidius et ex coloratione ipsius totum corpus ani-  
malis vniificatur et tenet calorem in ceteris partibus suis  
et ipsū recipit in superiori infusione in quo corpus manet  
sic compactū. Unde a calore cordis ceterae partes corporis  
calefiunt. Et sic possumus dicere q̄ cor est fons illius ca-  
loris et origo postea est epar et post illud sunt ceterae pres-  
carnis et pulpe. Cerebrū est omnibus partibus corporis frī-  
gidius et humidius ad contrariū caloris cordis. Vñ ipsū  
reperat. Adeps naturaliter est frigidus et sicca quadā hu-  
miditate coagulata Os naturaliter ē frigidū et siccū. Ide-  
dula est naturaliter calida et humida. omnis cartilago. omnis  
vena et neruus panculus et vētriculus est frigide et sicce  
nature tamē est minus ore. Cutis est reperata et pprie illa



que est in nodis manuum. Membrum quoque complexio multum diversificatur quoniam illi nervi qui progrediuntur a cerebro humidiores sunt quam qui a nauta nascuntur cum in sua completionem vicinam completioni cutis que dicitur temperata. Gladule sunt frigide et humide complexionis et omnia membra que generant lac ut mammae sparma ut testiculi. et salina ut pulmo. Caro multum diversificatur eo quod secundum complexionem membri est calidior et minus calida. tamen omnes carnes recentes absque sale sunt calide et humide salite vero calide et sicce. tamen diversificantur in hoc secundum locum partis animalis et quantitatem salis. Caro mediocris id est inter macram et grassam temperata est in omni qualitate. Unde secundum veritatem caro bene macra impiguit et grassa macrescit. Caro porci castrati edi annivnius agni vituli pulloz galline caponis etc. bona est et laudabilis eo quod facile digeritur et generat bonum sanguinem. Caro volatilium fortior est ad digerendum quam gradientium et quidquid ex eis est melius sunt lacerti lingua pes os et epar. Omne fixum et assatum calidum est et siccum. Unde durum est ad digerendum et per sonam reddit macram. Oleum est calidum et humidum. Qua sorbilia bona sunt et sana. et ex eis melius est vitellum albumine. Caseus malus est in cibo tam dulcis quam salis tamen. utilior est dulcis. et propter cibum ceterorum quem retro facit digerere. Butirum bonum est et sanum. lac plerumque est malum quam bonum et in estate melius. Omne membrum animalis quanto plerumque est nervosum tanto plerumque est frigidioris nature ut pes etc.

Signa repletionis malorum humorum.

**R**epletio malorum humorum que solet infirmitas generari ostendit per hec signa. nimia rubedo in facie. paliditas in pelle et in unguibus. frequens extensio brachiorum. plurima ossitatio spissa sternutatio. pravis dormitatio. plenitudo venarum. exitus sanguinis de naso. ex facili et sepe. gravitas capitis. dolor frontis tinnitus aurium lacrimatio oculorum pruritus in eis. timor de plano. inertia corporis ad laborandum.



tribulentia soliti sensus. magnitudo puls<sup>9</sup> dissolutio vētris  
vrina turbida non voluntarius appetit<sup>9</sup> comedendi et de  
bilitas in tota persona.

Signa nimij sanguinis.

Am sanguis nimis abundat accidit pruritus quasi  
vbiq; carnis et principaliter in brachijs in facie abfi  
dāt rubendo. continue dulcedo oris sētitur ad saporē pre  
ter solitum fiunt vesicule in ore et in labijs. quidam ardor  
res sentiuntur in pectore quos carbunculos appellamus  
quibus persona perdit comedere et suos sōnos. vrina mul  
tum rubea et aliq̃stulum spissa corpus pinguescit res sap  
unt bone in esu. vnde bene appetit digerit et deponit.

Signa nimie colere.

**Q**uam colera nimis abundat accidit in facie color ci  
trinus. amaritudo ī ore. asperitas in gula. sitis mul  
ta. pauca salina. lingua sicca et aspera. sepe dolet caput. os  
siccum debilis appetitus. et omni die tardus. vomitus ci  
trinus vel viridis cū multa amaritudine egestio exit sicca  
dura et pauca. quasi adusta et fetulenta multū cum multo  
pruritu et labore vrina tenuis et citrina et ignea et clara.  
vigilatio multa. dormitatio pauca. siue p̃cursus somnus. ca  
ro macra et cor instabile de vnoquoq;.

Signa nimij flenmaris.

Am flegma nimis abundat in ore accidit nimia mul  
tutudo salive id est spurns multus qui si fuerit alb<sup>9</sup>  
fluidus est bonus et si viscosus est malus. paucitas sitis.  
os madidum. gula mollis et lingua raro bibit vel nunq̃. nī  
si in prandio vel in cena. vrina exit alba in cundo piger in  
laborando debilis. superfluitas abundat in naso. oculi fiūt  
granes et sōnolenti somnus fit longus caro vndiq; sentit  
mollis et lascina. appetitus debilis paucus acerbus dige  
stio tarda in facie color alb<sup>9</sup> sine roseo colore egestio mol  
lis et pauce fedtatis. in adiscendo est velocis capacitatis



oculi sepe lacrimantur et proprie circa mane . pili cito cres-  
cunt et ungues.

Signa nimie melancolie .

Am melancolia nimis regnat accidit ardor stomas-  
ci . multitudo appetitus carnis color . fuscus in facie  
sanguis est niger et spissus urina nigra ⁊ aliquantulum ruffa  
trahens ad viriditatem vel ad paliditatem . corpus in tactu  
sentitur frigidum hebes est in labore . pedes frigidi sunt  
multum . cor suspiciosum . persona ex cogitatu truitis facile  
irrosa . tenax amans stare in solitudine pauci cibi et potus .

Finit.

1567

792



~~X Sambreque~~

~~Samuel~~

~~Samuel~~

~~Samuel~~

que pome de la main

lune Samuel



Ans 28 II 908











